

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio e  
cum fonte primo

Mens nostra  
ad contemplanda interna non perducitur  
nisi ab hiis que exterius implicant  
studiose subtrahatur.



←  
Neque enim ad contemplanda interna perducitur  
nisi ab his quae exterius implicant  
studiose subtrahatur.

Hinc est enim quod per semetipsam Veritas dicit:  
*Nemo potest duobus dominis seruire.*

Hinc Paulus ait: *Nemo militans Deo,*  
*implicat se negotiis saecularibus,*  
*ut ei placeat cui se probauit.*

Hinc per prophetam Dominus admonet dicens:  
*Vacate et uidete, quoniam ego sum Deus.*

Quia igitur nequaquam notitia interna conspicitur,  
nisi ab externa implicatione cesseretur,  
recte nunc uerbi absconditi  
et diuini susurrii tempus exprimitur, cum dicitur:  
*In horrore uisionis nocturnae,*  
*quando solet sopor occupare homines,*  
quia nimirum

mens nostra

nullo modo ad uim intimae contemplationis rapitur,  
nisi studiose prius a terrenorum desideriorum  
tumultu sopiatur.

Mens nostra  
→  
nullo modo ad uim intime contemplacionis rapitur  
nisi studiose prius a terrenorum desideriorum  
tumultu sopiatur.

Gregorius libro V. moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.31 (CCSL 143,  
M. Adriaen ed., pp.257-8, ll.67-80).